Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25962
Copyright: Admont, Benediktinerstift

illo ad se uenientem dixisse narratur. Ecce agnus dei. ecce qui tollit pec
catum mundi. A illo enim debemus omnes baptizari. qui ad hoc uenit XII
in mundum ut peccata tollerent mundi. A illo debuit ipse iohannes bap
tizari. id est a peccati originalis contagione mundari. Iuiquam uis
nullo inter natos mulierum minor. tamen quasi natus ex muliere
culpe nexu non carebat. Idque cum ceteris mulierum natis habeo qui natus
ex uirgine ds in carne apparuit opus habebat ablui. Quo g scriptum
e quid est homo ut immaculatus sit. aut mundus apparet natus
ex muliere. iuxta tumuit homo quamuis scs natus tamen ex muliere.
ac obid a culpe macula non immunis baptizare dnm. quem ex uirgi
ne natum nouerat. nullam prorsus habere maculam culpe. Sed quia
uera humilitas ipsa est quam obedientia comes non deserit. quod
prius officium exposuit humilitem implenit. Nam SEQUITUR.
Respondens autem ihs dixit. Sine modo. sic enim decet nos implere
omnem iusticiam. Tunc dimisit eum. id est tunc demum dimisit. tunc
consensit. tunc passus est eum ase baptizari. cum tali ordine cogno
uisset omnem iusticiam debere compleri. Sine modo inquit. sine modo
ut iussi ante baptizari in aqua. ac tu post modum ame quod quaeris
baptizaberis in spiritu. Sic enim decet nos prouenire exemplum omnis ius
tic[illegible]iae implende. ut uiddicet discant fideles neminem posse hominem
absque unda baptismatis perfecte iustum existere. ac esse omnibus qui
uis innocentem ac iuste uiuentibus necessarium uiuifice regenerationis
uis officium. cum me qui spiritus sci opere conceptus ac natus sum cognouerit
int secundae natiuitatis subisse uel potius sibi consecrasse lauacrum.
Nulla personarum maiorum contempnat ab humilibus mas intromissio
nem peccatorum baptizari. cum meminerint dnm qui in spiritu sco
baptizans peccata [illegible] dimittere solet. suum baptizandum in aqua
submisisse seruiendi manibus caput. SEQUITUR. Baptizatus autem dns